

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

2. Quis honor Pare[n]tibus debeatur?

urn:nbn:de:hbz:466:1-45699

289 Cap. XXV. Honor parentibus, preceptoribus, senioribus debitu.
ponendus: Deus unus, amici plures. Et si ad comparationem ve-
natur: Regi saeculorum immortali, invisibili, soli Deo honor, & gloria
in saecula saeculorum. Amen.

II. I. Parentes honoramus amando; reuerentiam internam,
Egnat, lib. 5. & externam exhibendo; obediendo; iuuando & subueniendo,
cap. 4. Patrem amavit Cardinalis Grimanus, quem Egnatius refert, pro
Fulgos, lib. 5. patre Antonio carceri se se obtulisse. Patri honorem & reueren-
cap. 4. tiam internam externamque exhibuit Alexius Isaaci Imper. Con-
stantinop. filius: is enim patrem à fratre Imperio oculisque orbati
in regnum armis restituit; & quamquam omnes eum Imperato-
rem salutarent, ipsum tamen hoc nomen cum Imperio in patrem
resignauit. Patri obediuuit Christus factus obediens usque ad mor-
tem, cui & dixit: non mea voluntas, sed tua fiat. Quin & Mariz
Luc. 2. 42. matri, & Iosepho putatio patri obediebat, quando descendens
Luc. 2. 51. eis, & venit Nazareth: & erat subditus illis. Patrem iuuit, eique
Plia, lib. 7. subuenit humilis in plebe, & ideo ignobilis prospera, qua supplicij cau-
cap. 36. sa carceri inclusam matrem, cum impetrasset aditum, à ianitore, sem-
per excusa, ne quid inferret cibi, deprehensa est uberibus suis alienis: qui
Val. Maxim. miraculo matri donata salus filia pietate est, ambaq; perpetuis alimentis
lib. 5. & locu ille dea Pietati consecratus est, templo Pietati extenuato, in illius
Fulgosus loc. carceris sede, ubi nunc Marcelli theatrum est. Idem fecit filia Cimo-
ct, nis ducis; hæc enim Cimonem consimili fortuna affectum, parvum
custodie traditum, iam ultima senectute, velat infancem pectoris
admotum aluit, teste Valerio. Plus fecit homo Toletanus, cuius
aurarius faber à Petro primo rege Castilionis, ob falsas suspicio-
nes, ad mortem damnatus erat, tum enim filius amore in patrem
singulari, lachrymis, precibusque agere non desstitit, ut, seruato
patre, ipse pro eo occideretur. Quod affecitus, vitamque amittens,
vitam dedit patri à quo acceperat: innocens occisus pro in-
nocente. Videant hic filij & filiae, qui paternas cantiones haud
canunt, sed parentes disciplinæ amantes odio prosequuntur; ri-
dent, irident, despiciunt; neque eis obsequuntur; aut succurrunt,
sed eis per furtam pecuniam, per detractiones bonum nomen, sepe
etiam per venena & aperta parricidia vitam subducunt; videant,
inquam, quam vita ipsi indigni sint; quamq; longè à Dei pre-
cepto recedant, statim enim post D^e x v m iubentur colere
parentes;

parentes, ob similitudinem quam habent cum Deo, ut D. Thomas S. Thom^m docet, ab illis enim accipiunt vitam, escam, doctrinam, fidem... opusc. 7.
Quia igitur vita est à parentibus, sicut feudata à principibus; si fideles sunt, eius conseruationem, si infideles eius priuationem, merentur. Vel ciconias imitemur, quæ parentes, cùm senuerunt, plumis suis fouent, humeris gestant; escis nutriti, ut D. Ambrosius monet. Vno verbo, ita filios constitutos esse oportet, ut nomen antè nostrum, quām parentis nostri obliuiscamur.

2. Parentibus præceptores assimilat Philosophus, quibus III.
itidem par reddere non possumus; ita enim ait: *Magistris, diis, & Aristot lib. 9.*
parentibus non potest reddi equivalens, vbi parentibus magistros præ... Ethic.
ponit, quia ab illis vitam, ab ipsis bonam vitam habemus: &c, vt
Cicero ait: *Sidem erant antiquitus viuendi præceptores atque dicendi*. Cic. lib. 3. de
Hinc, ut idem alio loco scribit. *Padagogi negligendi non sunt, sed orat.*
quodammodo colendi. Nam sicut parentes filiorum corpora effi... Idem in La⁴
giant, ita præceptor discipulorum mentes format. Quæ res tantò
pretiosior videri solet, quantò homo interior homine est exterio-
re præstantior. Lacon quidam pædagogus pueri cura suscepta..., Plut. in La⁴
cùm interrogaretur, quid esset illum docturus? *Efficiam*, inquit, con.
vt honestis delectetur, turpibus offendatur. In veteri testamento,
quanti fecit magistrum suum Eliam Eliséus, quem sciens raptum
iri in cælum, deferere noluit, quamvis Elias ei diceret: *Sede hic*, 4. Reg. 2.
quia Dominus misit me usque in Bethel. Cui ait Eliséus: *vinit Dominus*,
& viuit anima tua, quia non derelinquam te. Atque ita tertio re-
spondit, in exemplum eorum, quibus vel una hora graue est cùm...
Magistro suo ambulare. Quid dicam de Apostolis, Christum, ut
Magistrum suum ac Præceptorem, venerantibus eum ubique præ- Matth. 26. 18.
dicantibus, & laudantibus? atque pro eius nomine sanguinem & Luc. 22. 11.
vitam fundentibus? Theodosius Imperator liberis suis virtutis ma- Luc. 5. 8. 24.
gistrum praeficere volens, Arsenio illi, cuius gloria terram sub sole omnem
pernagata est, insueto, eos commisit: quibus ille suscepis, cùm discipli- 9. 33. 2. p. 7.
na omni præceptoris, tum liberali educatione, patris illis loco fuit. Im- Nicephor.
perator enim illas, ne queno ex Imperij sublimitate conciperet motum., lib. 12. hist.
sed illius potius ut seruis uteretur, admonuerat. Tantum vero ut id ille
ficerit, abest, et insigni modestia & moderatione diuersum potius fecerit.
Et cùm drepente Theodosius ad eos aliquando venisset, pueros quidem Eccl. 6. 23.
N^o 13. GMS